1a
1A165

FABII CAPYCII
GALEOTA
CONTROVERSIARVM
IVRIS ILLVSTRIORVM
TOMI DVO.

Num. [illegible] cap. [illegible] num. [illegible]

CONTROVERSIARVM IVRIS ILLVSTRIORVM

Vſuque frequentiorum,

QVAS IN ARDVIS CAVSIS, PRÆSERTIM FEVDALIBVS,
in foro Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Conſilij, ac Supremi
Collateralis, tùm Neapolitani, tùm Italici,

APVD INVICTISSIMVM HISPANIARVM REGEM RESIDENTIS

In quæſtionem vocari, diſceptarique vſu venit.

Cum eorumdem Tribunalium Deciſionibus, ac notis
rerum iudicatarum.

AVTHORE

FABIO CAPYCIO GALEOTA I. C.
AC PATRITIO NEAPOLITANO,

Inter primos Aduocatorum acerrimo: In Conſiliarium primùm aſſumpto: inde
in Fiſcalem Cameræ Aduocatum, ac Regij Patrimonij vindicem.

Tandem in eiuſdem Cameræ Præſidentem delecto,

TOMVS PRIMVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, Apud Bertanos, M.DC.LXIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

AVGVSTISSIMO, POTENTISSIMOQ; MONARCHÆ PHILIPPO IIII. HISPANIARVM REGI. FELICITATEM.

IN lucem proditurus, lucem quærit liber hic, At quam lucem? nempè publici ſyderis, & benefici. Cœlumque, terraſq; conſpicatus omnes, vnus tu occurriſti PHILIPPE REX Humaniſsime, lucis amplitudine, gloria munificentiæ, ſyderum aliorum facilè Princeps. Vnus tu occurriſti, cuius maximè imperio, exemplo, & armis, retinentur in orbe terrarum æquitas, & religio. Vnus tu occurriſti, qui non librum ſolùm, ſed authoris ingenium, ingenijq; fœtus omnes, tuo tibi iure vindices. Enimuerò cuius, & ager, & arbor eſt; fruges, & fructus eſſe debent. Tu me Rex humaniſsime non indignum putaſti, quem inter magiſtratus regios referres, & velut in agro tuo conſereres, cùm inter Patronos Fiſci, & inter Regios Conſiliarios eſſe iuſsiſti: at verò cùm eundem me Regiæ Cameræ Præſidem renunciaſti, velut in ſecretius, ſa-

CONTROVERSIARVM IVRIS ILLVSTRIORVM

Quas in quæſtionem vocari ſæpiſsimè vſu venit, cum Deciſionibus, ac notis rerum iudicatarum.

AVCTORE

FABIO CAPYCIO GALEOTA I·C·
Ac Patricio Neapolitano.

Regio primùm Conſiliario, ac Fiſci Patrono Regij Patrimonij, iuriumque regalium; nunc verò Reg. Cam. Præſidente.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtate abſoluta Rex noſter vti non conſueuit, nec in Principe iuſto illam conſiderari poſſe aliqui dixerunt, & num. 5.*
2 *Poteſtate abſoluta Romani nunquam vti ſolebant.*
3 *Poteſtatis abſolutæ vſus in Principe non præſumitur, & quare.*
4 *Principis geſta qualia eſſe debeant.*
6 *Alienationis inhibitio à Principe efficax, & cum Procerum conſilio efficacior, præſertim fauore ſucceſſorum, & num. 12.*
7 *Alienatio etiam à Iudice ordinario interdici poteſt maximè lite pendente.*
8 *Alienatione familiæ fauore prohibita, & hæredis inſtitutio comprehenditur.*
9 *Alienationis prohibitionis in feudis cauſa quædam exponitur.*
10 *Verbum diſponere regulariter ad ſupremum iudicium adaptatur, & quando præcisè num. 11.*
12 *Alienationis verbo ex ſubiecta materia hæredis inſtitutio includitur.*
13 *Teſtamenti factio quo iure ſit inuenta, remiſsiuè.*
14 *Teſtamenti factione à Superiore prohibita effectus ciuiles tolluntur.*
15 *Princeps à Fiſco quomodo differat.*
16 *Sermone generali perſonam loquutis excludi declaratur.*
17 *Alienationis hominis, & legis inhibitio etiam caſum permiſſum includit.*
18 *Hæres in feudo etiam hæreditario nemo, niſi deſcendens à primo acquirente, & tam iure feudorum, quàm Conſtitutionis Regni, num. 19.*
20 *Remedium l. fi. C. de edict. Diu. Adr. in feudis locum ſibi vendicat, ſi inſtitutus à lege vocetur.*
21 *Hæres extraneus directus dominus iudicatur, ſic & Fiſcus, & n. 23.*
22 *Hæredes extranei qui.*
24 *Alienatio prohibita in extraneos, prohibetur, & in fiſcum.*
25 *Fiſci, & Principis in acquirendis æqualis ratio eſt.*
26 *Feudum hæreditarium directo domino etiam in filiorum præiudicium refutari poteſt, & n. 58. ſed aliqui contrarium, & de communi teſtantur, n. 28*
27 *Aſſenſus in contractu cum Principe inito non requiritur.*
29 *Refutatio ab hæredis inſtitutione valdè differt, idque omni iure.*
30 *Fiſcus, vbi non eſt priuilegiatus, iure priuati vtitur.*
31 *Principis diſpoſitio actiuè omne tollit obſtaculum, ſed paſſiuè in omnibus leges ſeruandæ.*
32 *Imperij nihil tam proprium, quàm legibus viuere.*
33 *Princeps in aliquibus deterioris conditionis, quàm priuatus.*
34 *Proximiorum excluſionem lex ſatis improbat.*
35 *Imperatores priuatorum hæreditates propinquis debitas abhorrebant, de quo plura exempla* Suetonij, & Taciti *ſubnectuntur.*
36 *Refutationum ſpecies diuerſa remiſsiuè.*
37 Hern. locus in capit. 1. §. & ſi libellum à num. 6. ad 8.